

viris providis magistro Hermanno plebano sancti Nicolai in Vriberg, magistro Paulo nostro notario, strenuis viris Wernhero milite et Jo. fratre eius dictis de Limpach et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem beschädigten Siegel des Bischofs an einem von der Urkunde zum Theil abgeschnittenen Pergamentstreifen.

No. 351. 1313. 16. Febr.

B. Withego II. verleiht denen, welche bussfertig den Bau der Stiftskirche zu Zeitz durch Beiträge unterstützen, vierzig Tage Ablass.

Witko dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus, ad quos praesentes litterae pervenerint, salutem in omnium salvatore. Bonae rei operam dare devotionem excitat, excitatam intendit, tribuit et salutem. Cupientes igitur quolibet Christi fideles indulgentiis et remissionibus ad caritatis opera pro sollicitudine nostri officii invitare, omnibus vere poenitentibus et confessis, qui ad fabricam beatorum Petri et Pauli apostolorum in Cice pias elemosynas et grata caritatis subsidia largiti fuerint, de omnipotentis dei misericordia et apostolorum Petri et Pauli praedictorum confisi suffragiis quadraginta dies indulgentiarum in domino misericorditer elargimur. Datum Cicae anno domini M^o.CCC^o.XIII^o. in die beatae Julianae virginis pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Copiar. D. 23 im Stiftsarchiv zu Zeitz fol. 64.

- No. 352. 1313. 30. März.

Der Domherr Nicolaus Kunikonis giebt zu Tilgung einer Schuld an den verstorbenen Decan Petrus, welche von diesem der von ihm gestifteten Vicarie der h. Anna und des h. Paulus überwiesen worden war, mit Genehmigung der Testamentsvollstrecker und seiner Brüder dem Inhaber der genannten Vicarie 2½ Pfund im Dorfe Schmorren.

Ego Nycolaus Kunikonis Misnensis canonicus omnibus cupio esse notum, quod debita, in quibus pro curia mea tenebar domino meo Petro quondam decano beatae memoriae, totaliter exsolvendo, volentibus et consentientibus honorabilibus viris domino Henrico nunc decano et domino Hermanno plebano in Zuzelicz testamentariis ipsius, ad vicariam beatae Annae et sancti Pauli, quam idem dominus Petrus instituit et ad eam dicta debita deputavit, de consensu fratrum meorum nomine dotis dedi et assignavi honesto viro domino Cunrado perpetuo vicario altaris eiusdem duo talenta cum dimidio cum suis pertinentiis in villa Smordin^a), et in bonis rustici, qui Heince vocatur, census talis consistit, quem etiam nomine meo et fratrum meorum pro dote vicariae praedictae coram domino nostro episcopo libere resignavi praesentium testimonio litterarum. Et nos Theodericus, Petrus, Paulus et Petrus dictam venditionem et

a) Schmorren, Par. Jahna.